



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani è Societate Iesv Philosophvs Christianvs

Scribanius, Carolus

Neobvrgi. Ad Danubium, 1618

Cap. VIII. Bella. Sceleribus his viam, regnis interitum, animabus perniciem
parari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46524](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46524)

CAPVT VIII.

BELLA. Quorum leues plurimum
 causas, & ab inopia, improbitate,
 fastuque natas, feroces ductus, in-
 faustos exitus, immanitatemque
 ferociamque supra belluas hie vi-
 debis. Neque enim iam vnus
 vteri tantum, sed & vnus pe-
 tris soboles, vnus spiritus auris
 vnus argillæ portio, vnus pro-
 paginis surculi, vnus seminis fru-
 tices, vnus cæli heredes, vnus
 sanguinis precium, in mutuum ar-
 mati iugulum stamus, tanquam
 ab hauriendo, & non à prodigi-
 Christi exemplo, sanguine dando
 gloria nascatur. Hanc qui querit
 celo querat: cui soli illam repo-
 suit Deus fœneraria largitione
 remetiendam.

HACTENVS homines, nunc
 etiam immaniores feris. qua-
 rum ferocissimæ quæque intactum
 hominem transeunt, mitescunt
 blandi-

I. blanditiis. Ita delphinis, quibus
velocius nihil habent maria, ita ut
etiam salientes nauium transuo-
lent vela, cum provocati in signi a-
liqua contumelia, iraque subiacet,
inhorrescunt dorsuales spinæ, &
statim minæ & bella. admoue mu-
sicam, conquiescunt animi, & ubi-
cunque symphonia est, gregibus
adnatant. admoue humanam vo-
cem mulcentem, blandientem, re-
condunt iras tanquã in vaginam,
ut captos arbitrere humana voce
tanquam modulis & tibiæ cantu.
quid quod familiaritate semel im-
bibita mœror exsurgat, si qua mors
occupauerit amatum, etiam usque
ad ultro neam mortem, ut nihil in
his requiras præter ferrum & ma-
nus quibus testentur amorẽ. nar-
rant veteres cum à Baiano littore
inequitantem puerum delphinus
Puteolos deueheret, emortuo e-
quite suo, sub oculis publici desi-
derij mœrore vectorem interiisse.
eadem habes in Herma puero, quẽ

cum insidentem vndosior necesse
 set fluctus, ad terram cadaver vbi
 renexisset, confessum reatu suum
 delphinum poenitentiam morte
 multasse, cum profunda tanquam
 inhospitę crudelitatis inimicume
 lementum detestaretur.

Quanto homines, si oculis oc-
 bem qua patet in ambulemus, im-
 nissimis belluis crudeliores sunt
 rapiuntur non vno loco in quem
 eunque sanguinem. non & con-
 sanguineum, adeoque eiusdem
 vteri? inuenias qui mutuo se vici-
 mas habent, & ossibus adolent
 ignes focorum; hinc si quem ho-
 stem nacti,

*Illum in plurima sectum
 Frusta ac particulas, ut multum
 morsuus vnus*

*Sufficiat, torum corrosis ossibus
 edit.*

*Vlterius turba. nec ardenti dec-
 xit ahenos,*

*Auc verubus (longum vsque ad
 tardumque putauit.*

Exspe

*Exspectare focos) contenta cada-
uere crudo.*

Sunt qui de hostium cutibus & se
& equos integant crudeli prono-
camento. sunt quibus cibi sunt hu-
mana viscera, & qui hostilem cruo-
rem è vulneribus ebibunt bellui-
no factu. crescitque apud hos glo-
ria ab epoto sanguine, vt inter op-
probria vel maxima sit hunc igno-
rasse, castasque retulisse fauces.
quin & fœdera inter hos cruenta
sunt, mutuoque mistum sangui-
nem alacres hauriunt. hinc decan-
tatum illud,

Solicosque cruentum

*Lac potare Getas, & pocula cin-
gere venis.*

Nec honos alius maior quam plu-
rimum hausisse ab aduersarij in-
gulo, dum adhuc calet anima &
spirant minæ, & feruent odia, qua-
si abeuntem inimicam animam in
viscera sua tanquam in hostili mo-
numento recondituri, quo æter-
num seuiant. reperies, ne quid

P 4 imma-

immanitati desit, quibus decem
 summum in parentum cadaueribus
 fauire dentibus, & pecudum
 stas carnibus mensas instruere, ce-
 pitumque ossa auro inorata in po-
 culorum circumferre ministerio,
 quo purior sacratioque ex his be-
 bat quicumque sanguine propici-
 est, vt mitia iam censeas Diome-
 dea presepia in quibus in homi-
 nem non sauiunt humani dentes.

*Mites Busfridis aras,
 Antiphara mensas, & Taurica
 regna Thoantis.*

Non belluas vincimus? omnium
 ferocissimam Basiliscum tradunt
 herbas necat & arbores, corrup-
 pit, aërem vt nulla propè auis im-
 punè transuolet, adeo pestilentis
 spiritu in vicina quæque grassatur,
 horrentque etiam serpentum reli-
 qui, si quando vel eminus venientis
 sibilum exceperint, pronique
 fugam meditantur. homines non
 vicina tantùm, sed terrarum vlti-
 ma ferro & igne depopulantur, vt

P
 eum
 per
 tem.
 raro
 veni
 turac
 pluri
 resun
 aut fa
 de ca
 quan
 lo?
 scruta
 tanqu
 alex
 ne?
 homi
 te qu
 simpl
 cadat
 bula
 nouo
 Ne
 tas, l
 per si
 betur
 cum

cum in propinquo desit, quarant
per tot spacia crudelitati suæ sege-
tem. & Basiliscus reliquæque fera
raro ad sanguinem propter ipsum
veniunt, fame stimulante rapiun-
tur ad hæc sæua, quæ ubi resederit,
plurimum & ira & crudelitas: nec
resumunt hanc nisi aut proritatæ,
aut fame victæ. homines quantis
de causis ad sanguinẽ decurrunt?
quantis in innoxio sæuiunt iugu-
lo? quoties effera rabie viscera
scrutantur nihil nocitura? quoties
tanquam per iocum & lusum aut
alex iactum voluntur in sangui-
ne? & bellæis satis est occidisse;
homines etiam tormenta in mor-
te querunt, indignabundi si in vno
simplici quæ mortis genere hostis
cadat, cogitant quæ sæuitiæ suæ pa-
bula, vt toties pereat quoties per
nouos cruciatus pellitur anima.

Nec hic stare consuevit crudeli-
tas, lentas perquirunt mortes, vt
per singulos cruciatus ferocia pro-
betur. vellent nimirum æternum

inimicum mori in æterno cruciatu, nouisq̄ue audibus per momenta pœnas crescere, odio crescente ita dum æterna fouent aluntq̄ueordia, æternos uolent cruciatus, neque satis sequisse in viros, itur ad mulieres imbellem sexum, in quorum etiam uteros sequere placet. Mitior Herodes qui in natos sequi nec passus est militem sequere in abdita nature, que uoluit crudelitatis sue intacta. At inter arma non patiens, ubi classicum insonuerit, nisi effodiantur uteri, & vix ingressæ anime violenta raptentur manus nimis sibi clementes videntur, dura obstetricatio que ferro viam parat in interitum. Ita plerumque gratuito malos & crudeles audimus. adeoque, ne per otium semel tympanis excite torpescant manus, fontibus exhaustis, itur in fontes. ut iam iuxta bonos ac malos trucidare gloriosum, virgines rapere pulcrum, puerosque a parentum complexu a se au & vberibus rema

re matrum, matresque familias in
alienam potestatem redigere, ca-
daveribus denique, cruore, scele-
re promiscuè omnia complere.

Sed neque hic furori finis, itum
in lapides, arbores, herbas, pomoe-
ria, in piscinas, fontes, flumina.
ut ad ferociam satis sit adnumera-
tam aliquando fuisse inimici pos-
sionibus. ita

*Nulla manus requies, densisque
insibilat aër*

Verberibus,

Si ferro vulnerique materia desit.
quousque ô furor! & ex his lan-
dem etiam sperant repleturi ali-
cuius historię lacunas infami pagi-
na. minùs nimirum gloriosum elat-
sem in hostili natalle sanguine, ca-
daveribusque acta retro flumina;
si non orbis ipse subducatur pedi-
bus, si non incendio late populan-
te, pecoribus arboribusque enectis,
in mutos saxiatur lapides, in ho-
stiles cespites, in ligna & lateres,
minùs fortes validique habeantur.

Et homines hi dici volunt, & non immanissimę belluę? sed & gloriam sperant, tanquam à generosa manu & pectore hæc tam barbara nascantur. virtutisque etiam nomen sceleribus imponunt. hinc pessimarum rerum audacia, fortitudo vocatur; bona aliena largiri, liberalitas; misericordes, ærarij fruges, alieni innoxij sanguinis prodigi largitores, iustitię administratores, qui cum bonos omnes perditum eant, improbos quosque foneant, Republicę consuluisse videri volunt: cumque passim oppida, municipia, colonias spoliauerint, euerterint, stupris omnia poluerint non sacro non profano abstinentes, continentis audire volunt. imò, quo quisque in libidinem ac fauitiam corruptior, hoc moderatior haberi desiderat. & communem vitii virtutis nomine insigniri velle, tegiturque pulcro vestibulo infamis domus.

Philosophus Christianus. 349

Pudor impudentem celat, audacem quies,

Pietas nefandum, vera fallaces probant,

Simulantque molles dura.

At intueri tacitus mecum in alta
Rempublicam pace, videbis exul-
lare hæc crudelia & barbarâ terita-
te hominem infra belluas ponen-
tia. ex illa enim lenitas & mansue-
tudo, & mutuæ dexteræ, & sine cu-
stode & armis vita secura sui. sepo-
ne armâ, ignorabis crudelitatem;
pone ferrum, & damnata feritas
est; tubæ sileant tympanaque, &
exurget probitas pietasque; inlo-
net classicum bellaque matribus
inuisa, quæ quemque dignitas, vir-
tus, ætasque proteget, quo minus
stupra cædibus misceantur? hic
grandænos senes, & exacta ætate
fœminas viles ad prædam, in ludi-
brium trahi videbis, ibi adulta vir-
go, aut quicumque forma conspi-
cuis tot raptatur manibus, ut ipsos
non raro raptores in mutuam per-
niciem

P 7

niciem

niciem ardor agat. alibi templorum calcantur dona; & que facta Deo, prostibula exornant. Alibi ubi obuia queque direpta, abdit per verbera & tormenta scrutantur. Alibi lubet, fiuntque dominorum proeditores serui, liberi parentum, & adultę virginis mater, faces dehinc in manibus, quas ubi præda omnis excussa, in vacuas domos, & inania per ludibrium & lasciviam iaculentur templa, ut vel ignibus sitim expleant quam non sanguine, non libidine, non præda valuerunt. hinc deformis & misera passim facies, vulnera simul & scorta, cruor & adulteria, ignis & præda, lacrymę & risus, ac inter arma plus quam in luxurioso otio libidinum, prorsus ut eosdem ferere credas & lascivire. inde tantumquam per lusum frigido etiã nunc ferro & mente sęuire placet, ut abriteris in varia cęde, oculorũ parabula queri. quod si quibus relicta in pœnam anima, tenebris clausa

seuo-

seuoq; arctati ferro, cum mœrore
& luctu, inter repetita verbera, no-
uosq; cruciatus, morte grauio-
rem vitam exigunt. iam quoties in-
stratos per cubilia, propterq; men-
sas, nullo hostili metu, non timo-
re, ac ne belli quidem fama, flam-
ma ferroq; grassatur miles, nul-
la aut sexus aut ætatis commiser-
atione, nullo sacro prophanoq; de-
lectu? nec aduersis tantum castris,
sed ex iisdem cubilibus, quos simul
vescentes dies, simul quietos nox
habuerat, ex iisdemq; contuber-
niis disceditur in partes, ingerun-
tur tela, clamores, vulnera. & du-
bia sæpè causa, suorumq; iuxta ac
hostium ignorantio. ita cæci in mu-
tuum ruunt sanguinẽ, non huma-
ni, non diuini iuris memores, non
socię mensę, non coniugalis thori.
Ferox nimirũ animus praua semel
viã ingressus, vbi consueta non
suppetunt, fertur accësus in socios,
in ciues, in consanguineũ sangui-
nem. mouet composita, res novas
veteri-

veteribus componit. & si negatum
alibi, sauit in domesticos, in filios
adeoque in thori sociam.

A fratre frater, dextera nati pa-
rens

Cecidit, maritus coniugis ferri
iacet,

Perimuntque foetus impia matres
suos.

Tantum ad improbitatem valet
inchoata per classicum feritas. non
sistit illa, nec ante modum ponit,
quam domestico satietur sangui-
ne, eademque caede, sanguinem
que suorum sanguine expianerit.
cumque per vndantem vndique
sanguinem vestigia traxerint, per-
que socia corpora via sauitia stra-
uerint, carnificumque manu thea-
tra maduerint, ciuiumque cruore
tota natauerint oppida, in sepul-
tusque opulentissimarum ciuita-
tum ruderibus populus iacuerit,
cineribusque cineres permisti nullo
lignorum cadauerumque discrimi-
ne; cum quae saeculis creuere vna
rapuerit

rapuerit hora, & ad humilem arenam vagumque puluerem dederit inimicus ignis, mutua eunt gratulationes, onerantur barbaris narrationibus mensæ; & sicca pocula sint, nisi narrato natent sanguine; languida fercula, & nauseam hospiti suo factura, nisi his famem prouocantibus condiantur. ille maximus qui ferocissimus, qui que plura crudelitatis exempla per cachinnum & iocum miscuit, bis crudelis, facto & narratione, fors etiam narratione crudelior: facta comitantur ira, indignatio, & recitatio odia, ac tanquam fornace sua calentia at ubi illa resederint, & vindictæ iam litatum est, quæ rabies posito ferro, inter amica pocula, conuiuales mensas, eadem cogit tanquam nouum ferculum nouæ feritati saturandæ repetere? & quorum memoria ruborem merito cuiusque etiam durissimæ fronti excutiat, iucunda commemoratione recensere? vt non iam subite.

subita indignationi & in furor
 suo ebrie, sed improbitati, diu
 te concepte, diu animo fote, cele
 ra tribuas. quod nisi foret, pulsa
 mel ira, ante poenitentia quam ob
 lectatio nasceretur. nunc cum
 gidis iam precordiis cum voluptate
 te narratur, a quo alio quam
 indurata cariosaque iam ferita
 profecta iudicabimus? factis quae
 gloriatur, nollet non facta, par
 aggressus, non modò incalente
 sanguine, sed quo narrata sunt te
 pente & frigido. Et ego hos cre
 dam homines, ac non omnibus
 quae vnquam quae vsquam fuerunt
 monstris efferaiores?

Atqui hi bellorum sunt tan
 quam seminum fructus, tanquam
 arboris suae poma, culmi sui gra
 num, palmitis sui botrus. auer
 qui potes Deus à Christiano pecto
 re tam barbara. non redolent he
 columbam suam, non ouem; non
 Christum vinculis arctatum, fla
 gris concisum, vnoque toto cor
 pore

pore vulnere hiantem; non clauos, crucem, lanceam. alia hic sanguis documenta spirat, alia hæc vulnera monita. *Tanquam ovis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente, sine voce, sic non aperuit os suum.* Nos quid agimus? imò quid speramus tam barbara via aliorum properantes? quid nisi ludæ præmia, qui imitamur, si non vincimus feritatem? Christe! quam non sunt hæc exempli tui? quam sunt Iudaicæ crudelitatis? & Christiani dici & haberi volumus tam longè ab illius factis dictisq; positi, tam remoti à columbina simplicitate, ab ouili mansuetudine, à Christi mititate, ad quæ nos ipse verbis factisq; prouocat. *Ego mitto vos sicut oves inter lupos.* *Estote simplices sicut columba.* *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* alia hæc semita, diuersa à militari, diuersa à nostra. quæ vereor ne alio claudatur cælo, alio præmiatur exitu. alia donetur eternitate:
mons-

Act. 8.

Matt. 10.

Matt. 23.

monemur enim non in vanū. *Quod dicit se in ipso manere, debet sic ambulare, & ipse ambulare.*
 Ioan. 3. *omnis Christi actio nostra fuerit institutio, à qua qui aberrauit, aberrauit coelo, & eternitate tota. felix error qui reuocari, qui emendari, qui corrigi non potest, cum & eternitate finitur.*

Venio ad bellorum causas, re arduam. neq; enim gratuito quam bella & ferrum cogitat.

*Quis enim furor hosticus vlla
 Vellet prior arma mouere,
 Cum vulnera saua videret.
 Nec premia sanguinis vlla?*

Hunc metus & conscius scelerum animus, adesa patrimonía, & men à proavis magnum, malicia existimulant mores, & sanè maximum incitamentum cum vetustate nobilitas per libidinem potestatemque prodigasque manus in gratia & auctoritate esse coepit: iisque obnoxia esse, quibus si pat

si patrimonia consisterent, formi-
dini essent. atque hinc iam illa vo-
ces motuo se inhortantes, Emori
prestat quàm miseram vitam tra-
here, aut per dedecus amittere, &
alienæ superbiæ ludibrium fieri.
nam quis ferat, cui maiores sum-
mo natant pectore, vulgus dinitis
superare, & habere etiam quæ pro-
fundant, nobis rem familiarem e-
tiam ad necessaria deesse? nec ma-
gni moliminis res est. audacia pro
armis erit. Et verò in vacuum Rem-
publicam impetum facere nihil
magnum. vacua autem est, in qua
publicè egestas, priuatim maxime-
que in plebe opulentia est. in qua
separatim quisque consilium capit,
nec alteri quàm augendæ rei suæ in-
vigilat pecuniæ seruus. alia condi-
tio maiorum ætate fuit, neque tam
prona ad hæc magna via, cum ani-
mos ad publicè consulendum
promptos, non libidini, non am-
bitioni, non auaritiæ obnoxios ad-
ferrent, publica que domesticis po-
tiora

tiora haberent, publicum arationa
 privato praeponerent, easque ve-
 ras opes estimarent quas publice
 in opulenta Republica quisque pos-
 sideret, privatim verò nihil extra
 virtutem haberent, quam quisque
 pro thesauro & ingentibus gazis
 possideret. at nunc in tanta mo-
 rum corruptela facilis ad imperia
 via est. tantum incepto opus erit,
 succedent reliqua.

Ab his initiis expeditum ad bel-
 la iter est, neque deesse quidquam
 potest animo cum primis excelsio
 & ad audendum parato, quem hinc
 paupertas, inde diuitiarum stimu-
 lat sitis, magna audacię incitamen-
 ta. iam exhaustę opes, turpis men-
 dicatio, foeda dignitatis accisio,
 domestica in vniuersum conuicta
 exulare iussa, alienę mensę ancu-
 patio, seruitia abacta, vxor inor-
 nata, neglecti filij, ipse inglorius
 non ingens calcar sunt ad ferocem
 animũ per tribulos & auia, per sa-
 xa & rupes, per dumeta & incalca-

ta nemora concitandū? non validus ignis ad sua incēdia excitanda; maximē cū ad extremā domesticarum rerum quasi desperationem ventum est? grande malū potensque si quod aliud, ad immanissima queque audēda. Nam cū eō res redactę sunt, ut aut miserē vita trahenda sit, & cum perpetua paupertate ludandum vulgi tabulam: aut non nisi audaci facto operanda, quibus dignitatem nomenque tueatur: si in excelsas necessitas hęc mētes impegerit, nihil familiarius est quā nova moliri, & audere quę moderatus exhorreat animus. Nam cū mortē egestati præponant, hanc verō non nisi audaci facto sciant se posse effugere, quācūq; rem illipellendę idoneā audent. nec quidquā tam immane barbarumq; est ad quod expallescat aut trepidēt. quod si cōsequuti fuerint, tū demū beatos se arbitrantur: si min. vna morte finē statuēt, quā omni egestate potiorē ducūt.

Scd

Sed neque talibus socij deesse possunt, nec audentia illorum scintilla, non incendio faces. Magna enim in quacunq; Republica egentium numerus, qui postquam per luxu sua profuderunt; fidem, probitatem, modestiam, animamque ipsam vilia habere didicerunt, omniaque semper quam decus veramque est virtute gloriam cariora, inde lingue perinuria, testimonia venalia, signatores falsi, scriptores mendaces, probitatis osiores, modestie hostes. Quibus cum libido luxuriaque nihil reliqui fecerit, querenda noua luxui materia, quam cum in alta pace non reperiant, commouenda pacata sunt, felicitas nimirum in turbido piscatio est. Ab his quid speres? nam cum prodiga eos mens comiterur, adeoque & crescat, dum que perfacili peritua parta, pari largitione profunduntur, in aterna egestate sunt quare & in eterno bello necessum esse. hxc enim vna reliqua illis ra-

tio e
dant
proi
est,
& ra
e Rep
semi
tuo in
putat
li ven
dici
calis
hec s
foecu
omni
mon
alia r
quam
Aliu
modi
laude
neret
fit. na
drun
orbe
pater

tio est, quæ quæ prodigè diffundant facili via consequantur. mors proinde sola malo huic remediū est, quæ sola profusioni, egestati, & rapinæ finem statuit. Tolle hæc è Republica Deus pestes, hæc mali seminis noxias herbas, hæc tritico tuo intersparsa zizania ignibus deputata, hos maligni fruticis & cauli venenarios flores, hæc impia radicis barbara germina, hos nouercalis vineæ labruscatos palmites, hæc spuria vitulamina nimis altis fecunda radicibus, hæc denique omnis pietatis, probitatis, cationis toxica. Neque enim hæc alia manu cadere, alia eradicari, quàm tua Christe possunt.

Alium dominandi libido, & immodicæ gloriæ sitis, cum maximâ laudem in maximo imperio poneret, ad arma ferrumque protrusit. nam quid aliud agebat Alexandrum & ad ignota mittebat, cum orbe toto circumferret arma, nec pateretur sub vno sole subsistere

Q nullo

nullo lassandam sanguine immen-
 nisimi pectoris sui rabiem; crude-
 lium ferarum more, quæ plus quam
 exigit fames, mordent: cum vltim
 Oceanum mundi que claustra pro-
 peraret, indignabundus ad ange-
 sta Herculis Liberi que, vestigia? non
 immensa crescendi cupiditas? ne-
 que ille tum ibat, aut humano mo-
 re properabat, sed rapiebatur por-
 derum more in præceptis adorum
 quibus voluendi finis est iacuisse
 ita quod naturæ satis est, homini
 non est, cum inuentus fuerit qui
 concupisceret aliquid post om-
 nia.

Quid Cn. Pompeium externum
 quid domestica inire bella, quid
 lum in Asiam, Africam, Hispaniam
 per nota ignota que maria terrarum
 traxit, quid per tot flumina in
 cessa que propè homini neminem
 arentes que campos, & solo pul-
 re suo macie que notos? quid per
 Pharsiz agros, cum aquile viri-
 que acies que starent Romanorum

quæ orbi domando satis esse poterant, & sanguis etiam olim matrimonio natus: si non infans imperandi amor, nomenque Magni?

Quid Cæsarem in sua iuxta æ publicam immisit fata? non ambitio & gloria? vnum supra se ferre non poterat, cum Respublica duos ferret. Gallici triumphi, vix tandem Romano sanguine parti, nimis leuia gloriæ præmia, nisi accederet Italia, & in Africanum Asiaticumque exilium Roma mitteretur, tot locis damnata quot orbe toto imperauerat, nisi Pharsalici campi Romano natarent sanguine, nisi Ibericus ager Romanis integeretur cadaveribus; nisi Respublica in Dictatore Dominum non Consulem admitteret, expleri ambitio non poterat. quanto maiore in omnem posteritatem pietatis gloria cum Camillo, civili parandum imperium sanguine exilio posthabuisset, cum eodem,

Q 2 lauda

laude etiam in omnem aeternitatem maiore, armatus, si qua patris necessitas, si quis extraneus hostis postulasset, rediturus: quanto maiore cum Coriolano laudem matris imperio, sed patriæ celsis lacrymis, clarior iam à misericordie, quàm à civili sanguine? frustra hæc ambitioni monita. nescit illa lacrymas sanguine patris nescit misereri cadibus sanguinata, ignorataque huic pietas, quæ impietati litavit, & per quam viam crudelitati stravit. nam quæ fuit cum matris lacte imbuta, eluit hanc civis cruor, et ramque pro pietate barbariem fecit.

Quid Marium cum Tentore Cimbroscque concideret, cum gurtham per exsuccida Africa ferta, per ardentem pulverem saxa sole decocta, per tostos arboribus campos, silvasque rupibus implexas sequeretur; cum Minturnensium paludes, postquam suo

consulatus raptos civili supra Numidarum & Teutonum sanguine maderet? tot illum pericula viarumque incerta, bellorumque dubia appetisse credemus virtutis impulsu? Marius exercitum, Marius ambitio ducebat, & per patriæ cineres raptabat. quanto prudentius cum Scipione exiliū, cum Catone mortem delegisset. sed nimirum ambitioni patria peregrina est, ciues hostes sunt, suorum sanguis Baianæ thermæ, quibus immanis hæc bellua pulverem detergat omnis humanitaris, si qua fors reliqua à patrio lacte supererat.

Quid Sullam in civilia rapuit bella? quid Romam civium suorum natate sanguine, proscriptionibus, vinculis, exilio coëgit? si non à multa Marianis trophæis ambitio, efferaque sanguinum sitis? nimis mite ambitioni erat peregrino patriam maderere sanguine, nimis tritum hostili lassari cadavere; nisi civium suorum fatigata cadibus infelix

lix ingemisceret genitrix, non
 litatum ambitioni foret. & quis
 ret imperium Sulle? angustis Ita
 terminis clauditur, proscriptio
 bus orbis implendus erat, ut
 lus iam angulus imperia igno
 ret.

Atque hi omnes simileſque
 recensere longum foret, cum in
 stis omnia signis concuterent, cum
 agerent ante se agmina victoran
 gentiū cum regna triūphalib⁹ pla
 stris circumferrent, turbinum vol
 uebantur more, qui ipsi ante om
 nia voluntur, eoq; maiore impe
 tu, quo nullum ambitioni frenu
 est. rapitur enim ipsa prior car
 incurſu horrentium fluctuum mo
 re, qui antè colliduntur quàm col
 lidunt, & repercussa, magis etiam
 in se ſcuiunt. Quanta hi iras be
 la fouent animo? quàm validis
 guntur cogitationum exercitiis
 quanto armorum fragore concuti
 untur? intus ſcuiora ptemunt bell
 aſcea

Pa
 ascen
 se pr
 cogit
 tatum
 dem
 ro for
 nox e
 noua
 igno
 cund
 perp
 suos
 ti, qu
 terna
 les g
 Ac
 fa be
 mūm
 quan
 cum
 tas e
 da. p
 sed &
 illiq
 rum
 mata

ascendentium inuicem, mutuoque
se prementium & interficientium
cogitationum, curarum, & anxie-
tatum. nulla hic ac ne in alta qui-
dem pace pax sedet, nullus sine fer-
ro somnus, sine tympano ac tuba
nox est, dum alia ex aliis nascuntur
nouasque spei, timoris, gloriæ aut
ignominie causas suggerunt, fœ-
cunda malorum matre ambitione
perpetuo in felici partu soboleque
suos locupletante. æternum mise-
ri, quibus nulla animo quies, sed æ-
terna collisio est, maximo persimi-
les & cui nulla statio est.

Ac licet opum & gloriæ ferè cau-
sa bella inter mortales sint, pluri-
mum tamen his libertas prætextitur,
quam nemo paullo generosior nisi
cum anima simul amittit. Neces-
sitas etiam, fidei ac religioni tuen-
da. pro qua non fortunas modò,
sed & animas ponere pulerum;
illique hæc sanguinum & anima-
rum libamina tanquam anathe-
mata figere magnum. neque vlla

res alia pronior ad excutienda im-
 peria, nouanda, turbanda, quam
 vbi religio prætexitur, sanctum
 nomen præuæ rei. vbi pietas &
 Deus magna nomina præfiguntur
 improbæ voluntati, maximè apud
 plebem. vulgò enim ad hæc rapie-
 mur, & audiuisse satis est. quæ no-
 minibus his obteguntur quæ no-
 runt? quàm rari excutiunt? quàm
 pauci pectora recludunt labiorum
 horum? os ferè contuemur & me-
 tem verbis metimur. neque quem
 quam in re salutis mentiri velle,
 vbi pro anima & æternitate stan-
 dum, arbitramur. accedunt voces
 faces Reipublicæ, regnorum ful-
 mina. sibi vnumquemque stare &
 cadere. liberos nos naturam con-
 didisse, mancipia nunc paucorum
 dominandi libidine factos, qui
 non corporibus modò, sed & ani-
 mabus vincula iniiciant. neque
 vlla re libertatem magis elucere,
 quàm si quod cuique optimè, hoc
 etiam sequi liceat. hanc enim de-
 mur

P
 mum
 quod
 de ca
 de eff
 quam
 mina
 non e
 Ve
 non s
 ge ha
 quan
 mox
 front
 dent
 tent,
 lica e
 impe
 bit in
 discr
 dom
 ritum
 lica
 mos
 prin
 cet in
 nam

num libertatem esse, amplecti quod voles: reliqua de seruitute, de carcere, de manicis & compe- de esse. speciosa nomina. & quis- quam aliorum seruitutem & do- minationem sibi concupiuit, qui non eadem vocabula vsurpauit?

Verum quis paullo oculatior non sentiat inlatentes pestes? tan- ge hanc venam, & deprehendes quanta febris intus ardeat, ruinam mox datura. sed neque genis aut fronti crede. mentiuntur: ne lu- dentibus oculis. intus venena la- tent. Nam quæ, rogo, illa Respub- lica erit, in qua voluntas cuiq; pro imperio est? imò quæ familia sta- bit in hac vaga libertate? nullum discrimen statuēs inter seruum & dominum, filium & patrem, ma- ritum & coniugem, inter Reipub- licæ Principes & plebeiorum vlti- mos? aut omnes è plebe, omnes principes? aut imperia partiri pla- cet in omnes, parentiam in nullos? nam quis obsequetur, imperanti- bus

bus omnibus? Quod si imperia in
omni bene constituta Republica
valere debeant, & designandi qui
imperent, & qui obsequantur, iam
tollatur necesse libertas illa. sequi
quod volet quisque. magis hoc eti-
am locum habet in fidei rebus, in
quibus errasse, æternum est, in qui-
bus etiam falli prouum est. imus
enim plerique in religione tanquã
per obscurum noctis, maximè cum
destituti scientia, & sæculorum co-
gnitione. nec quidquam præcipi-
tio libertate vicinins in tam densa
non raro caligine. vt prodigium sit
non labi, non pedem offendere in
tam alta nocte. Senserunt hoc om-
nium seculorum primi, etiam post
ætatem totam studiis extritam: quo
magis quicunque ex plebe, qui à
studiis & omni literatura remotis-
simi, sepè etiam hostes. ita ferè ig-
norata odisse iuuat. erit proinde
effusa hæc libertas prudenti con-
silio refrenanda, ne Rempublicam
secum trahat in perniciem, cum
nulla

nulla res euertendis regnis Religio-
num varietate oportunior sit. ex
hac enim ingentes animorum dis-
fensiones, & præferuida partium
studia videbis, efferatasque in pro-
pinqno sanguine & agro decursio-
nes sanguine signatas. scelera nam-
que ignorantur cum religio præfi-
gitur, nullamque iam facinus sub
illius aquilis, nec quidquam tam
felleum quod non mitescat sub
hoc fauo, latentque sub his electi-
bilibus condimentis nominis ma-
gni peremptura venena. fuge hunc
colubrum. licet torpeat; vbi in-
caluerit, nocitura sparget, nec in-
quemquam validius quam in ho-
spitem suum, potentius etiam in
benignorem & blandientem. ce-
cinit in hanc sententiam de leoni-
bus Boëtius,

*Quamuis Pœni pulcra leones
Vincula gestent, manibusque datas
Caprent escas, metuantque truce[m]
Soliti verbera ferre magistrum.*

26

5

*Si cruor horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi,
Fremituque graui meminere sui
Laxant nodu colla solutis,
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuir iras.*

Et quis finis erit credendi, si liber-
tas cuique sua stabit? quanta reli-
giones, quanti Dij enascentur? sin-
gulis enim pugnantibus religioni-
bus pugnantes necessariò Deos
concesseris. neque enim ab vno
pugnantia veniant, & simplex ve-
ritas est, aduersantia ignorat. quid
reliquum, nisi vt in tanto pugnan-
tium Deorum numero, febrisuum
cum veteribus Deum, suum pallo-
ri, cloacæ & sterquilinio suum, ad-
ulteriis mox & odiis, rapinis sce-
leribusq; numina sua statuas? ne-
scio an non cum Deorum fecun-
dissimis Graiis, grandæuos hos
semperque canos, barbatos, im-
berbesque alios, pueros, iuvenes,
aligeros, atricolores, claudos, ono-
genitos, alternis viuentes, similia-
que

que propudiosa prodigia, & somnialia deliramenta daturus sis. quis enim vetet, quod olim vidimus, in tam prodiga libertate Deos sibi fingere & colere? imò in tanta impunitate quiduis credendi, sequendi, non deteriora nasci possunt? nam ubi neque metus ultra neque pudor, quid non audeat soluta mens legibus libidini que suæ relicta?

Atque hæc ferè bellorum initia, quæ à minimis ac nullis propè initiis ad ferocissimos nō vna in gente exitus deuenere. & ab vno alteroque initia sæpè ducta orbem totum in arma & sanguinem traxerunt, dubiis etiam non rarò initiis & auctoribus, vt vna scintilla ea que permodica, regna non semel arsisse audierimus, quæ quamdiu quasi velata cineribus ac sopita in paucorum animis hærebat, nullo negotio restingui poterat, & meri malo. at vbi erupit, & non vnam provinciam comprehendit,

Q7

frustra

frustra furibundam & in igne suo exultantem restinguere conamur. nam ubi paucissimis hisce & insolanda audacia & desperatione spem ponentibus, omnium ordinum corruptissimis, inopia flagrantibus, scelerumque conscientia exagitatis, quibus quies in seditionibus, in parte turbæ sunt, socias manus scelerum iam magnitudine pares coniunxerunt; sola plurimum aut alterius partis aut utriusque ruina extinguere possunt. atque hinc ferè civilia bella, aut partium alterius interneccione aut infami concordia ponuntur: medium in his reperire, ubi con sanguineus exarsit sanguis, immistisque agri miscuerunt odia, difficile.

Inter Reges aut Principes, pauca capita, ex saturatis odiis, aut bello fatigatis facilis ad pacem via est. Mors hanc non raro Principis unus reperit; grauis etiam à vicinia hostis in alterum propensior, publicique ararij exhaustio, & as alienum
grauis,

graue, aut partim per matrimo-
nia foedera. Si propinqua regna?
damna mutuo illata, vastatus ager,
incendia latè vagata, direptiones,
caedes, oppida castellaque euerfa,
vnde graues suorum querimonix.
In remota? fastidium à longinqui-
tate natum, metusque in alieno ad-
uersarum rerum à vicini Principis
potentia excitatus, ne si quod gra-
uius damnum acceptum, aliena &
vicino cupiditati strata semita sit.
nam quis oblatam vicini spem re-
gni deponat? quis non inpropin-
qua regna armis fracta, paratum
ferrum habuit? nec longè causse
sunt. nunquã defuerunt regna pe-
tenti: ipsumque nomen & adia-
centes agri sat magnam causam de-
derut. Si per militares duces, non
per ipsos Principes bella admin-
istrata, terror in secundis successi-
bus à potentia gratiaque magnam
ponendorũ armorũ causam dede-
runt. neq; exempla in Oriente &
Occidente desunt, emissos à Regib⁹

ac Imperatoribus duces, hoste superato, Reges Imperatoresque reddiisse. adde vix euenire, vt vtraque pars paribus aut odiis aut cupiditatibus exardeat. & ferè quanto vna in ferrum procliuior, tanto in pacem altera. iam cum plurimum apud Principes vnus aut alter omnia possint, non magno conatu vnum hunc alterumue precio flexeris. quod vbi euenit, trita ad reliqua via est. inter Christianos denique & quibus vna fides, Pontificia auctoritas precesque plurimum semper valere.

At vbi domestica arserunt bella, pulcrumque libertatis nomen plebeios animos exciuit, tot iam duces, tot Reges, quot capita patimur. omnium autem libidine explere impossibile, à paucorum voluntate res non pendent. Quod si quis inter factionum duces benignior, si in pacem pronior sociorum metu, quibus quia tumultum è tumultu, bellum ex bello ferere utile, etiam

F
etiam
si qui
que p
lo po
gitata
in co
ab ip
ita cu
(inge
fiden
coale
te vol
fore)
guine
verò,
plexar
sit, ete
non i
ptius
lentio
te libe
access
ximo
non v
apud
Rep

etiam iucundum est, se continet.
si quis quòd affatim biberit, tutior-
que partorum, in pace quàm bel-
lo possessio videatur, meliora co-
gitata premit, ne si quid pronioris
in concordiam animi ostenderit,
ab ipsa potentia periculum a deat.
ita cum nemo tutò se alteri credat
(ingens enim inter improbos dif-
fidentia: neque facile improbitas
coalescit in bono; ad damna spon-
te voluitur, vt nihil opus sit impul-
sore) plebeiaque indignatio san-
guine ferè luenda terreat; solùm
verò, tantam tot difficultatibus im-
plexam rem aggredi, temerarium
sit, æterna bella sunt. maximè cum
non ignoret nihil publicè prom-
ptius esse, quàm si quid beneuo-
lentioris animi vulgauerit, prodi-
tæ libertatis nomen in caput suum
accessere, nullo publico bono, ma-
ximo suo damno, cuius rei cum
non vnum exemplum sit, consilia
apud se habet.

Reperies etiam inter hos con-
plures

plures qui cum ingentium scelerū
conscientia oppressi, non audiant
se suaque aduersariis, quocumque
iurato foedere interposito, credere
ē suo iudicio reliquos metientes, à
desperatione animos mutuantes,
bellaque bellis innectunt. neque
enim tales tantis sceleribus odia
prolocata poni posse arbitrantur,
perpetuaq; facinorum formidine
concussi alia omnia quàm pacem
meditantur.

Sunt alij qui latrocinij nobiles
opes suas Ecclesie in primis opibus
in immensum auxerunt. hos malè
partorum restitutio, veterisq; nec-
gestatis timor retrahit à meliori-
bus.

Multi etiam dominandi libidi-
ne perstant in sententia. priuatim
aliud assuetis viuere duram; indi-
gnitate, positis semel armis diffici-
le. quare bella fouent augentque
perpetuaque huic flammæ ligna
subiiciunt, faciles ad causas, no-
tasque prioribus potentiores
inuenient.

intendiendas. quid enim non adin-
ueniat ambitio, & gustata semel in-
perandi maiestas, & dulcedo in a-
nimo honorum cupido, & nihil a-
liud quàm imperia cogitanti? non
animā, non Deum, non incertavitę
non felicem infelicęve æternitatę.
omnia enim hæc illi in honore &
imperio sunt, fratres, sorores, pa-
rentes, libri, coniux, diuina huma-
naque omnia, sacra prophanaque
venalia huic sunt, in cuius semel a-
nimo gloria pro Deo infederit. in-
gens stimulus ad omnem barba-
riem.

Plerique etiam solo propè præ-
sentium odio, nouarumque rerum
studio ad arma descendunt, suis
quoque periculis lætabundi. id a-
deo plebs fere ubi ducem nacta,
videtur facere. In omni enim Re-
publica, quibus aut opes aut honos
nullus est, maioribus invident? ve-
tera odere, cùm etiam bonarum re-
rum assiduitas fastidiũ pariat. exop-
tant ergo noua, odioque suarum
rerum

rerum mutari omnia, seditionibusque misceri gaudent. & est ea conditio illorum, vt maior semper illis spes in turbidas, quam in alta malacia sit. Magnum etiam ad hac incitamentum, cum inter conuiuales epulas grata referunt narratione, quati ex infima olim plebe, è vili sago è lixarum & calorum grege Senatores Peincipesq; facti, quanti potentes & regio propè victu & cultu aratem transigentes. sibi quoque, si victoria in armis foret, talia speranda. sin minus, melius tamen esse vitam in hostili ferro ponere, quam pecorum illam more per egestatem & seruitutem trahere. muliebris ingenij esse, viuere & seruire; virorum, imperare aut mori. mortem inter ferrum gloriosam esse posse, in pace ingloriam fore. ingentem deinde spem præmiaq; certæ miserix præponenda. an fors arare terram, & exspectare annum malint? quato generosius vocare hostem,

stem, & vulnera mereri? quanto sanguine parare, quam inertis sudore? cogitandum sat amplam mercedem in victoria spe fore. quin & in morte fortiter obita quacunque demum causa clarum apud posteros nomen fore. cum nemo paulo generosior hostili licet animo, ad magna nihil prater fortunam defuisse narraturus sit, animosque ingentes, promptamque ad aspera iuxta ac mollia manum. quin & optimus quisque & tenacissimus & qui bonique pro Republica similes animos optabit. ut si damnent causam, probent mentem, & vel exitum defuisse tantę audentię, aut prudentiam in delectu, aut non dignam tantis animis materiam repertam. hinc admirationes & pro virtute ac Republica vota. metus & trepidatio, & totis non raro regnis consternationes, lacrymę & preces, & non vltimorum suspiria terroribus permista. Et quanto generosius audisse fortę etiam in

in

in mala causa, quàm ignauiam in
bona; & historix non vnâ im-
plesse paginam, quàm per ignotum
puluerem æternum rapi? tantum
audendum; ferocissimis quibusq;
conatibus plurimum enentus re-
spondere. neque quidquam mag-
num à pacata semper mente. à tur-
bida inter temerantes ausus magna
solere nasci. bene illam sensisse qui
non nisi à mota mente magna spe-
randa monuit. humilia ingenia
ferè repunt, & in ignaua modestia
sua senescunt. illa magna sunt, non
vno philosopho teste, quæ dementi-
tæ atque adeo furoris aliquid ha-
bent. hæc enim audendo ad sum-
ma non semel deueniunt, reli-
quis inter viles humilesq; myricas
consistentibus.

Atque hæc similiaque nouandis
conuenientissima rebus non va-
cuis animis accepta. nec seigniores
ore manus, cum fortibus plerum-
que verbis facinora innascentur
fortia. inde iam animus bellorum
& fan-

& sanguinum spirans, fletique ac
parcere nescius, non incendiis, ra-
pinis, caedibus expleri, nulloque
satiandus sanguine, non si totis O-
ceanus ostiis sanguinem vomat.
mitia hęc sunt, si cum illa prouoca-
ta per hęc verba rabie componan-
tur. efferam enim mentem, vbi se-
mel ferociam totis imbibit fauci-
bus, nulla proluent maria; ludet in
domestico iuxta ac peregrino cru-
ore, haurietque illum vt auida ari-
daque tellus multorumque men-
siam aestu exsuccida torridaque foe-
cundū imbrem, vt emarcidæ plan-
ta irriguum rorem. adeoq; quam-
diu imperia, & vicinus speratus a-
ger, tam diu sanguis. si vnum illi or-
bē subieceris, alterū quæret, & iam

Nequidquam Deus abscedit

Prudens Oceano dissociabili

Terras.

Angustior enim hęc ambitioni est.
maria tentare suavit, crispisque in-
primis illius torosisque erroribus,
canisque spumosisque fluctibus
& fau-

delectata, cum alluderent terre ce-
labentes fluctus, mutuoque se re-
sorbentes: exinde si quid fors ve-
tra Oceanum nouarum terrarum
tegeretur, temerario ausu tentare
elementum placuit.

*Inde furor ventis, indignataque
procella,*

*Et cæli fremitus, & fulmina plu-
ra Tonanti.*

*Ante rates, pigro torpebant a-
quora somno,*

*Nec spumare Theis, nec spargere
nubila fluctus*

*Audebant. visis tumuerunt pup-
pibus vnda.*

Neque tot exinde acies toto con-
sepultæ æquore, tot auri gemma-
rumque defossi thesauri ab inces-
pto terrent; quin magis cum peri-
culis toties delusa cupiditas & au-
dacia creuit, quasi non placeant
opes quæ sanguinem nesciunt, gra-
tiusq; multorum mortibus ventum
aurum. Inclama quantum voles, &
ambitioni è portu decernatur il-

Philosophus Christianus. 38.

lud denuntia, Quò properas perit-
ture? quò

*Non tangenda rates transiliunt
vada?*

.... Nonne vides, vt

Nudum remigio latus,

Et malus celeri saucius Africo,

*Antennæque gemant, ac sine fun-
nibus*

Vix durare carina

Possint imperiosius

Æquor?

Quid è tanta periculorum vicini-
tate aurum & mox perituram ve-
naris gloriam, dolato

*Confusus ligno, digitis à morte re-
motus*

Quatuor?

Quid tam dubio exitu ad tam vana
& fallaci plurimum spe ludentia,
decurris ad regnorum incerta, ad
alio calentes Sole terras? quid ad

*Gemmas & lapides, aurum & in-
uile*

Summi mater iam mali?

R

Rident

Rident etiam hæc monita tanquam
 pavidæ & fœminei pectoris docu-
 menta. pulcrum nimirum siccis
 oculis præcipitem Africum decer-
 tantem vidisse Aquilonibus, & tri-
 stes Hyades & rabiem Noti. tam-
 altè enim eos prolatandorum fini-
 um aut opum libido harpagatos te-
 net, ut nulla pericula, nulla sævienti-
 um ventorum terreat rabies, non
 si à sedibus imis

Vnà Eurûsque Notusque ruant
creberque procellis

*Africus, & vastos voluant ad lit-
 tora fluitus.*

*Præsentemque viris intentent om-
 nia mortem.*

Non cum è sociorum numero

*Hi summo fluctu pendent: his v-
 da dehiscens*

Terram inæer fluctus aperit,

*Illiditque vadis, atque aggerem cin-
 git arena.*

Aut denique

Laxis laterum compagibus omnes

*Accipiunt inimicum imbrè, rimif-
 que fatiscunt,*

Inuol-

*Iuuoluunt quæ diem nimbi, & nox
humida cælum*

Solemque eripit, excisq; quotquot
navigant inerrant undis, mutuo-
que miserando errore voluuntur
rates, fluctus, vectores. lenia enim
hæc ambitioni, & tanquam in da-
tario pilæ iactu infantia lusus. mi-
rum si non cælum ipsum petimus
stultitia, manibusque magnum re-
scindere Solem aggrediamur, do-
nec cum Titania pube

*Fulmine deiecti fundo voluamur
in imo.*

Ita nullus locus ambitioni clausus,
nulla terrarum spatia, nullæ Syrtes
aut voragines, scopuli, Charybdes
nullæ, breuia saxa q; nulla. præmia
proposita sunt? imus audentes ne-
quidquam infrendente Oceano.
natant elemento toto naufragæ o-
pes, validarumque classium tabu-
le promontoriis insulisque omni-
bus fluitant? per medias ludibun-
di nauigamus tabulas. Rubent ma-
ria sanguine, lentataque cadane-
ribus

ribus malaciam mentiuntur. gloriosius per hanc Oceani dorsum radere, iratosque illius fluctus minasque scindere. idque lintre sapius quam rate, ut non immerito cecinerit vates,

*Audax nimium qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terrasque suas post terga videns
Animam leuibus credidit auris.
Dubioque secans aequora cursu
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitæ mortisque vias
Nimium gracili limite ducto.*

Optanda hæc pericula & vltro amplexanda ambitio & cupiditas fecere. Hinc æstu & frigoribus perusta solisque sideribus, sænum vrentibus Aquilonibus, immanissimisque nota feris enauigamus maria: hilaresque non iam rostris iratos proscindimus fluctus, sed securibus pergelidata æquora, ratibus viam sternimus, niuibus, glacie, feris qua septi, premio lucro, gloria, ambitione. Mirum non noua quæpiam

piam Dædalæ manu fabricari na-
ues, quæ per glacie constricta maria
ingenioso ausu chalybeis decur-
rant rotis, vento administro, aut il-
loposito, contis remorū vice pro-
trudentibus: ut non Oceanus tan-
tum natio fluore suo, sed frigore
densatus calcanda terga ptebeat
cupiditati famulabundus.

Nam quid iam erit inausum am-
bitioni? tot non naues, sed terra
nafragium passæ; & ubi altissimi
quondam montes nunc maria sunt.
Hierapolim, Delon, Rhodon &
Coon insulas multis cum hominū
millibus pessum abiisse legimus:
memorat Plato maiorem Asiæ &
Africæ partem Atlantico mari ere-
ptam; & vis vndarum Lucaniam
Italiæ abscissam in Siciliæ nomen
relegauit. quot vrbes, regna popu-
lique in Oceano queruntur? & na-
tant continenti suo auulsa nemo-
ra; ingluuiemque voraginemque
seuissimi elementi nulla non im-
peria senserunt. & nos leui tabula

R 3 prouo-

prouocamus indignantes secari fin-
 itus, arrogantia clauum tenentes,
 cupiditate remige. Et tibi minora
 Babylonio conatu tentare vide-
 mur, cum arrogantiam cælo mîni-
 tantem dispertiuit in linguas Deus?
 & minorem dexterâ expectamus?
 aut fulmen merebimur Sodoma
 mitius tardiùsve?

Et interim inter hæc rapimur tra-
 himurque miseri ad alterius sæculi
 iusta, ô nimium! tribunalia. trahi-
 mur inermes nudi que feralis sen-
 tentiæ miseranda capita, infelicif-
 que æternitatis hostiæ infelices, pro
 sanguine, inter sæuas carnificum
 manus, nullo xuo mitigandas, per-
 ennaturis ignibus cruciandi. Hic
 animorum & efferatarum mentium
 exitus nullis imbribus aut Oceano
 purgandus, nullis uentorum flu-
 minibus diluendus. ô ubi cogita-
 tiones nostræ! è medio, adeoque
 ne inchoato quidem non raro ra-
 pimur cursu, è cogitato scelere pu-
 ra adhuc manu; è meditato faci-

note;

nore, integro licet corpore, ad al-
terius xui immitia rostra, iu quibus
ferocissimus quisque & ille incen-
tor popularis animi, ille orbis do-
mitor, nouarumque terrarum cir-
cumspiciator, toto contremiscat
corpore: vt nec virgulta patenti-
bus quaqua campis, ruentibus vn-
diue ventis, tot tamq; variis con-
cutiantur motibus. Hic ille quem
in alieno sanguinem vt medio pis-
ces mari vidisti ludibundum, pal-
lens pauensque ad nil profuturas
decurrit lacrymas, ad muliebria ar-
ma. Hic ille civilis incensor belli,
exitialis flammæ facula, ignem ca-
desque spirans, prædas sanguinem-
que deructans, latrocinia deuo-
mens, urbium villarumq; viduator,
agrorum barbarus depastor, scelera
sceleribus farciens, omniumq; fa-
tor criminum, ad supplices decur-
rit preces, ad non valitura vota: ad-
uoluitur genib⁹ nullis suspiriis mi-
tigandis, prosternitur pedibus nul-
lis submissionibus flectendis, & ad

ultimę denique desperationis blasphemias descendit voces.

Flectamus hic oculos ad omnes propè bellis & imperio claros, videamus quàm pauci sicca morte, quàm pauci sua deserint. Quàm propè nullus cui non parata ruina, proculcatio, carnifex, nec magnis ista momenti diuisa. horę momentum interest inter triumphos, imperia, & aliena genua. Cræsum cogita qui rogam suum & ascendit iussus & extingui vidit: Ingurtham quem Roma intra annum quàm timuerat spectauit: Prolomeum Africę Regem, Armeniæ Michridatem intra Caianas custodias populus Romanus vidit. Quid Sp. Melio fauor amplissimę ciuitatis, quid Gracchis anı Scipionis memoria, quid Druso sanctissimi penates, quid Saturnino vis sacrosanctę dignitatis auxiliata est? Scipionem audiamus. *Si Scipio Romę deesse debet, aut Romę libertas, nihil derogatum volo legibus. Vtere beneficio*

meo

*meo patria, caussa libertatis fui, ero
e argumentum. exilio, si plusquam
tibi expedit creui, verto. Factum ut
dixerat. dedit inuidiæ locum, &
Linternum se recepit. in hoc an-
gulo ille Charthaginis horror, cui
Roma debet quod tantum semel
capta est, terram subigebat. Eius-
dem etiam iam antè Charthaginis
terror Regulus quàm infelici exitu
triumphos claudit? refectis palpe-
bris, dolio præcutis in orbem sti-
mulis prominētibus vigilia & vul-
neribus cadit. de Pompeij capite
post orbem victoriis circumactum,
post Magni nomen, non pupillus
& spado tulere sententiam? non
de Crasso crudelis & insolens Par-
thus? nihil hic iusiurandi sanctitas,
nihil valere preces. Num Cæsa-
rem loci sanctitas aut maiestas eri-
puit, aut deterruit percussores? ia-
cer orbis domitor post octingenta
oppida vi capta, gentes trecentas
subactas, signa cum tricenis centenis
millibus diuersis temporibus col-*

lata, XXI. confossus vulneribus,
Senatu spectatore, laudatore. Non

*Ille Iugurthino clarus Cimbroque
triumpho,*

*Quo victrix toties Cnnsule Roma
fuit.*

*In caeuo Marius iacuit, cannaeque
palustri?*

Non Q. Catulus Cimbrici triumphi Marij socius mori iubetur recenti calce cubiculo illito, multoque igne excitato? tantum illi nocuit in victoria socium fuisse. Non Seianum quo die eum Senatus deduxerat, populus in frustra diuisit? è quo, cum tot flumina possideret in suo orientia, in suo cadetia quocumque pauci nauigassent, nihil superfluit quod carnifex traheret.

Galbam & Pisonem quis ignorat? contis affixa capita inter cohortium signa, iuxta legionis aquilam, certatim ostentantibus cruentas manus, qui occiderant, qui interfuerant, quive verè, quive falso, vt pulcrum & memorabile facinus

cinus iactabant, populus vidit.
Plures viginti supra centum libel-
los præmia polcentium Vitellius
reperit, & interfici imperavit: non
honore caesorum, sed tradito Prin-
cipibus more, munimentum ad
præsens, in posterum vltionem.
Neque ætas deuexior Galbam, non
iuuencus Pisonem, non nobilitas
vtrinque, sanctique mores, vitaque
in qua nihil præteritum meritò ex-
cusandum haberent, à plebeio fer-
ro reuocauit. dignus vterque im-
perio, licet alieno quàm suo Galba
felicior.

Neronis efferos mores, ferale
pectus quæ non loquitur pagina?
quod monstrum simile, libidine
sanguineque conflatum? post no-
bilitatis cædem tanquam inter Cir-
censes & gladiatorios Amphithea-
trales ludos, post vxores Octauiã &
Poppæam, etiam mater inuerecun-
do iacet ferro, Romaq; omnium reg-
norum spoliis diuitata cinis audit &

R 6

fanilla;

faucilla, & triste illud, Fui; inter fructiceta & vepres per angustias effosa cauerne in clientis cellula salutem sperat. Habes de hoc illud Boëtij,

Fratre qui quondam ferus interempto,

Matris effuso maduit cruore,

Corpus & visu gelidum pererrans

Ora non tinxit lacrymis, sed esse

Censor extincti potuit decoris.

Othonem quis nesciat? illum molle & muliebri ornatu inter stupra & comestationes, & fœmineos cœtus dum priuatus staret, fortem & indefesso imperio arrepto. Lorica ferrea, iter ante signa pedestre, horrido & incompto habitu, planeq; fame dissimilis, dilata voluptates, ostentata falsę virtutes, ac vitia mox reditura. Nisi qui per durorum ceruices viam ad imperiũ strauerat, per latus suum Vitellio aperiret.

Quis inexplebiles non audit Vitellij libidines? cum nouies milia

lies

lies festerium paucissimis mansi-
bus inter irritamenta gulę stupen-
tibus ab utroq; mari itineribus in-
terueret? Et hic est ille Impera-
tor fortunę lusus, cui à Romano
Imperio, religatę post terga ma-
nus, iniectis ceruicibus laqueus, se-
minudus aquę Gemonias minutif-
simis icibus excarnificatus vnco
tractus in Tiberim deiicitur.

C. Cæsarem Caligulam imperij
portentum quis non legit? & tem-
plum stetit Latiali huic Ioui, sacer-
dotes, hostię, phœnicopteri, pauo-
nes, tetraones, Numidicę, Melea-
grides, Phasianę, quę generatim
per singulos dies magno huic Nu-
mini immolabantur. Video hunc
nocibus plenam fulgentemque lu-
nam prouocantem in complexus,
interdium cum Capitolino Ioue se-
cretò fabulantem, accipientē prę-
bentemque aures: atque hic Tibe-
rij fratris cędem, Silani soceri fau-
ces nouacula demessas, post nobi-
litatem caueis coercitam, aut ferra
R 7 disse-

dissectam. Post notissima illius
*Omnia mihi & in omnes licent. Ita
 feri vt se mori sentiat. Oderint dum
 metuant. Vtinam Romanus populus
 ceruicem haberet vnā, vni nimi-
 rum icui parentem. post totum il-
 lud Tiberij Caesaris vicies ac septies
 millies HS non toto vertente an-
 no absumptum, sex & triginta con-
 cius vulneribus iacet, cū trien-
 nio & decem mensibus imperasset.
 saeculum credas, si scelera intuearis,
 nefandorumq; facinorum nume-
 rum intas.*

Quid inhæreo his tam funestis
 diutiùs? carptim decurrā infeli-
 ces magnorū bellicaque laude cla-
 rissimorum exitus.

Veneno periisse domestico, &
 inter amica aut medica pocula
 conuiualesque mensas narrant Hi-
 storici Alexandrum Magnum ab
 Antipatro, Tiberium à Caio, Clau-
 dium ab Agrippina, Britannicum
 à Nerone, Traianum, I. Verum,
 Constantium à suis. Spontaneo
 periisse

perisse veneno volunt Themistoclem taurino sanguine, Hannibalem apud Antiochum, Diocletianum Constantini metu. Hostili veneno Philopœmenem, crucique suffixum cadaver, publica etiam damnatione carnificisque manu Phocionem Atheniensem pretio pro veneno carnifici numerato, ita illum nec gratuito mori licuit, Aratum verò Philippi imperio.

Iaculis confixus iacet Alcibiades cum ignem effugisset, Valens in iugurio Gothicis flammis periit; lapidibus Nicias Atheniensis nequidquam Syracusanis supplex; tegula Pyrrhus Italiae terror, & quidem mulieris manu, à tam imbelli in urbe Agis dux tantus: inter vincula publici carceris falso proditionis accusatus Miltiades Atheniensis, in hostili custodia inter vincula & catenas Demetrius Antigoni filius ab exercitu Seleuco proditus; iniectu puluilli cum lentius venenum
prope

Properaret Tiberius & Commodus Cæsares. Strangulatus Valentinianus Gratiani frater Arbogasti fraude, & Lacedæmoniorum Rex Agis cum matre & auia suorū perfidia. Eadem inter vincula passus Æmilianus in Ægypto, & Valerius Maximianus Constantini iussu. laqueo etiam Gordianus senior vitam cum imperio abripuit; & Decentius Cæsar Magnentij frater apud Senonas fascia pro laqueo usus; Alexius iunior Comnenus à Murzyphilo faucibus compressis. Venam soluit Quintillus decimo septimo imperij die Augustus à Senatu renuntiatus.

Ferro suo perierunt Antonius in Cleopatré sinu, Brutus post Cæsaris necem, Ortho apud Bebrianum Nero in Phaontis liberti sui suburbano, Ingenus in pannonia, Magnentius post infelicem cum Constantiuo pugnam. & ante hos Vice Caro.

Iam suorum ferro quanti? Romulus

mulus à Senatu discerpitur, Corio-
lanus à Volscis trucidatur, Sertorius
à suis, Pompeius Aegyptio Roma-
noque cædit ferro. Sanguine suo
Cæsar Senatum temeravit, Domi-
tianus domesticis vulneribus se-
ptem, Pertinacis caput conto suffi-
gitur, Didius Iulianus gregarij mi-
litis manu inter fœmineas complo-
rationes Senatus imperio: M. An-
tonius Bassianus Martialis centu-
rionis ferro: Opilius Macrinus cum
Diadumeno filio Bithyniam fune-
stat: Heliogabalus orbis porten-
tum in latrinis ad quas confugerat
cædit: Maximini filiique capita ha-
stis infixæ & in ludibrium circum-
lata: Maximus & Balbinus anno
imperij primo vestibibus spoliati tru-
cidantur, Philippus Arabs Veronæ
imperium cum vita exiit, medio
capite supra dentium ordines cæso;
Aemilianus à suis cæsus, idemque
evenit Valeriano & Galieno apud
Mediolanum, Regilliano in Illyri-
co, Trebelliano in Saurico, Celso
in

in

in Africa, Saturnino in Oriente? Aurelianus notarij sui improbitate cadit, Annius Tacitus militari tumultu, T. Annius Florianus pari exitu imperij mense secundo, Probus cum Persicum bellum apparatus, Numerianus infido Arrij loceri sui ferro; Carinus Tribuni suis Dalmatius Constantis patruelis factione, Constans Magnentij, Silvanus octavo & vigesimo imperij die à suis, Gratianus Valentiniani filius insidijs Andragathij perit, Constantinus Heraclij filius cum Constante filio, & Iustianianus cum filio Tiberio saorum conspirationibus, Nicephorus verò Phocas in lecto à Ioanne Zimisce.

tam hostium imperio & gladio quanti ceciderunt? Eumenes inter Antigoni vincula, Maximus in Theodosiana custodia. Valentinianus Theodosij consobrinus ab Aetij militibus in campo Martio procutur, Auitus in Ricemeris custodia. Orestem Odoacer Placentia iugulari

gulari iubet. Nec finis Cyro, donec orbatæ ad Thomyris veniret virem.

Cum exilio imperio pulsos habemus Alcibiadem, Themistoclem, Cimonem, Timotheum Athenienses, Leonidam Spartanum, Tarquinium Romanum, Dionysium Syracusanum.

Oculis crudelem in modum priuatos accepimus Philippicum Bardanium ab Arthemio, Arthabardum à Copronymo, Nicephorum Constantini quinti filium à Leonis filio Constantino, etiam lingua, eademq; hunc passum eodem die anno volente quinto quo in Nicephorum deseruerat. Michaelem Calaphatem post oculorum effusionem in exilium pulsum, Bryennium & Nicephorum Basiliacium ab exercitu Nicephori Bontoniatis, Nicephorum Diogenis Imperatoris filium ab Alexio Comneno: eadem tulisse Isaacium Angelū Comnenū à fratre Alexio; & an-

& ante illum Andronicū Comnenum, altero oculorum effosso, alio insidere iussu, frustatimque à mulieribus concisum: pariaque tollit Murzyphilū præcipitio addito foedaque in minutissima frustra dilaceratione.

Maximum, cuius opera Aëtius & Valentinianus cæsi, membratim concisum Tiberis deuexit. Gallus Constantij Constantini Magni fratris filius reuinctis post terga manibus securi subiicitur: Basiliscus cum filio fame & frigore enectus, Zeno viuis terræ reconditur, Marcianus cum vxore liberisque carnificis manu cadit. Eadem passus Phocas Heraclij iussu, manibus pedibusque truncatus. Leontius, qui amputatis naribus Iustinianum in exilium miserat, equis raptatus, calcatusque Iustinianeis pedibus, minutatim concisus; eodemque mortis genere Absimarus Leontij vicior mulctatus: Thomas etiam Michaelis Traulo manibus pedibusque

busq; crudeli in purpuram exem-
plo resectis.

Hic exitus primorum ferè orbe
bellatorum, Imperatorumq; non
postremorum vt reliquos extra
Orientis ac Occidentis imperium,
taceam, quos longum foret recen-
sere. Sed neq; diutiùs putari hanc
paginam infelici Regum exercitu-
umq; ductorum exitu funestan-
dam. In omni ferè gente paria aut
non inferiora feritatis documenta
reperies. Hinc non in vno populo
viginti, triginta etiam Reges bello
omnes claros ferro cecidisse inue-
nies. Apud alios etiam, paucos
morte sua desijisse, sed in hostili
plurimum domesticòve ferro ani-
mam posuisse. Miseranda condi-
tio, & antè lacrymis quàm calamo
diluenda. Vt exclamem meritò.

Magnis fallax fortuna bonis,

In præcipiti dubioq; nimis

Excelsa locas.

O dolor! ò barbarum efferumq;
ferum, inferis non cœlo cœsum!
igni-

ignibusque deuocendum caput
quod primum ausum fuit armare
manum, magis etiam cum in viros
Principes, exercitus duatores, Re-
ges, Imperatores! ite mei oculi,

Lacrymas lacrymis miscere iuuat,

Voces fundite querulas, lamenta
cadant, madeant genæ. & vos fi-
dite mortales robori, fidite regnis
tam fragili innitimur, tam dubio
labili que infigimur gradu. Effeta
vna manus parata mori quid non
potest? quid non excitus damone
furore? liceat hic mihi,

Collecta vitia per tot atates diu

In nos reduntant, sæculo premi-
mur graui.

Quæ non bella vidimus, sensimus?
ô Belgiû (orbis, abi inuidia, Gem-
ma, Sol, Oculus!) quantorum po-
pulorum strage foedatam iaces?
quot gentium ferale monumentum
factum? quantum domestici, quate-
rum peregrini sanguinis hauseris
æferre pudeat.

Oia

*O iam miseras respice terras,
Quisquis rerum fœdera nectis,
Et quo cœlum regis immensum,
Firma stabiles fœdere terras;*

*Vt pace in plenum reddita, tibi, a-
ris, templi que tuis, alieno dome-
sticoque vacui sanguine, puras tibi
sacremus manus, purasque mentes,
puras cœlo tendamus.*

Verum ut propius militaris ro-
boris decus excutiamus. quid hic
magnum, in quo iure quisquam
glorietur, meritamq; laudem spe-
ret? an magnum in mutuo sœuire
sanguine? & belluas feritate supe-
rare, aut in naturæ dedecoratio-
nem flumina, mariaque humano
cruore vincere, telluremque inui-
sore fecundare? an stare reper-
cusso cursu cadaveribus flumina,
humumque sub pondere ingemis-
cere indignabundam? Hanniba-
lem Vergellum flumen corporibus
instravisse Romanis, exercitumque
per cadaverinum traduxisse pon-
tem, quid fuit magnum? quid cum
apud

apud Cannas per Romanos annu-
 los caedes suas modio metiebatur?
 Quid Mithridatem octoginta Ro-
 manorum millia per Asia vrbes di-
 sperfa vno imperio iugulasse, &
 tanquam vnus arundinis interno-
 dia vnus cervicis caput præscidi-
 se? Quid Scipionem octoginta ce-
 forum millibus præliis duobus Af-
 ricam cruentasse? Quid Marium
 centum Teutonum millibus; quid
 eundem cum Catulo triginta supra
 centum Cimbrorum millibus Ita-
 liam delassantem? Quid Lucullum
 quinque præliis sexcentis & am-
 plius cesorum millibus grauem, vt
 natate in suorum sanguine Mithri-
 datis & Tigranis regna potuerint?
 In exercitu verò Darij decies cen-
 tena armatorum millia numerata,
 caesaque, aut non magno negotio à
 Macedone in fugam versa. Et Xer-
 xem mille ducentarum longarum
 nauium apparatu, duobusque oner-
 rariarum millibus maria, terramque
 peditu septingentis millibus, equi-
 tumque

annu-
ebatur?
ita Ro-
bes di-
lle, &
nterno-
ascidi-
inta ex-
obus A-
Marium
s; quid
ra supra
ous Ita-
cullum
& am-
nem, vt
Mithri-
uerint?
es cen-
merata,
ogorio à
Et Xer-
ngarm
ue one-
rramq;
s; equi-
umque

atque quadringentis millibus fa-
tigantem legimus, suorum cæde,
nec memoranda re alia nobilem.
Cæsarem autem annis non totis
decem, extra ingentem captiuo-
rum numerum, supra decies cen-
tena millia cecidisse vno ore nar-
rant historici. non potuerunt ab
hoc sanguine ingentia nasci flumi-
na, quibus immanis hæc feritas fa-
tiaretur? non potuit nauigare clas-
sis in hoc barbaro sanguinum O-
ceano? ac nescio an sub Pompeio
pauciores ceciderint. In Constan-
tini sanè cum Magnentio pugna
spectauit Roma ciuium suorum su-
pra quatuor & quinquaginta mil-
lia cæsa, cum sub Cæsare & Pom-
peij liberis fatali propè congressu
non suprâ triginta millia vidisset.
ita regna omnia orbisque vniuer-
sus Romano natauit sanguine, na-
tauit suo, vt si sanguinem admetia-
ris, dubites an fluminibus vincat-
tur. Hinc illud Lyrici,

S

Quis

Quis non Latino sanguine pinguis
Campus sepulcris impia praelia

Testatur, auditumq; Media
Hesperia sonitum ruinae?

Qui gurges, aut quae flumina
gubris

Ignara belli? quod mare Dauniae
Non decolorauere caedes?

Verum quid miramur ab hostium
manu & mente tot undique san-
guinum manasse flumina? cum
etiam per lusum, & in oculorum
oblectamentum in vno Romano
Circo ac Amphitheatro non pau-
ciores quam iustis plerisque exer-
citibus ceciderint? centum sane
sub Tito editionis dies, sub Traia-
no centum viginti legimus, & in
iis non semel gladiatorum millia
decem. quid quod die vna vicies
non semel Amphitheatri area de-
fabulata? ut non opus fuerit Eri-
pis, cum sanguine navigare potue-
rit classis. Subdue rationes, & vi-
debis vnam hanc amphitheatralen-
aream plus in alta pace ridete val-
tu haec

tu hausisse sanguinis quam omnibus propè bellis Cæsar fuerit.

Quòd si ad nostra tempora oculos calamumque flectamus, nescio minusne humani sanguinis fluxerit. Lusitanico sanè ferro Gama, Albuquerque, Almeida, Pacieco, Albuquercio, flumina cadaueribus refluua sterisse, sanguine Oceanum superante accepimus. ab eodemque ferro Africà natasse vidimus, duodecies centenis Angolanorum milibus, anno 1584. per præcipitia abactis, vt ingentibus montibus valles suæ aquatæ planum calcatum Lusitano præberent. accessit altera pugna anno insequente, qua sexcenta illorum millia exigua Lusitanica manu Pullo Dias ductore ceciderunt. Ac dubium etiam mihi hæret, paucioresne in Occidente Iberico iaceant ferro, fatiscentibus totis regnis cadaueribus: vt non opus fuerit cœlesti imbri, rigari sanguine terra potuit, barbaroque hoc imbri fœcundari.

Iam si propius ad nostra mentem
 spectamus, mitiora videbimus? non
 vna Gallia annis non totis viginti
 sexaginta quinque supra septingenti-
 ta millia inorum funera vidit? cum
 etiam ipsi testatum reliquerint, an-
 nis non integris decem vicies cente-
 tena millia ferro flammaque ceci-
 disse: ac hos inter, sacerdotum quin-
 que millia, hospitalia vero non-
 genta, monasteria supra duo mil-
 lia, ecclesiarumque aliarum supra
 viginti millia excisa. Hec Christiani.
 Christiani saltem audire volunt
 in hoc tam effero barbaroque ferro.

*Neque hic lupis mos nec fuit le-
 nibus*

Vnquam, nisi in dispar feris.

Et nos in amica ruimus capita, in
 eiusdem coeli tanquam vteri sobo-
 lem, in eiusdem Dei tanquam vnus
 parentis filios, eodemque sangui-
 ne libertati redditos. pulchrum ni-
 mirum Christiano madere sangui-
 ne, vt iterum Christum suffigamus
 cruci: ita crudelitati nostrae non sa-

ris est
 dra
 bis pu
 plui,
 bus d
 gratia
 tari, i
 quum
 à celli
 fluent
 nos tr
 animu
 aieni
 sed tar
 in sang
 Vt ra
 na
 Flur
 c
 Dicitur
 animo
 ferrum
 cino in
 quam e
 tanqua
 da fam

ris est semel pependisse. mitior luda
dza manus vna morte stetit. at no-
bis pulcrum sanguinē irrorari, per-
plui, innatare etiam, qui flumini-
bus debebamus & fluentis diuinæ
gratiæ. pulcrum adeò sanguine po-
tari, inebriari, quos incalescere æ-
quum fuerat cœlestis sponsi vino,
à cellis illius promis casto amore
fluente. Quò rapimur, furor que
nos trahit? quò ira & indignatio,
animusque ferox, sui impatiens,
alieni appetens? quò nō iam imus,
sed tanquam è præcipitio voluimus
in sanguinem,

*Vt rapidus torrens, animos cui ver-
na ministrant*

*Flumina, & exuti concreto frigore
colles?*

Dictum, factumque aliquid quod
animo non satis composito, & ad
ferrum prompto displiceat; aut vi-
cino inhiat agro tanquã fonti nun-
quam explenda sitis, alieno horreo
tanquam mensa nunquam saturan-
da famcs, aut dira denique egestas

S 3

premit

premit alieno locupletanda, tela
parant,

*Horrensesque sicut gladios in sanguine
recurrant*

*Vulnera, & acerrimo cogunt inuenire
nescere saxo.*

Exulat pietas, relegata modestia
exutaverecundia, & quidquid pro-
pè est Christianæ frontis. mora que
iam omnis longa. mens, oculi, vul-
tus, verba nil nisi sanguinem spi-
rant, loquuntur cædes, incendia,
direptiones, urbium regnorumque
viduationes. credas ante signa sa-
culum totum puguatum, saculo
creuisse iras.

*Annibus hybernis minor est, mi-
nor impetus igni,*

*Tardiùs astra cadunt, glomerantur
tardiùs ignes.*

Gelida nec crebrior exilit Arcto

*Grando, nec Olenis manant tot
cornibus ignes;*

Quàm nouitium hoc ferrum fertur
in cogitatos hostes, in innoxia pa-
scua, nemora, montes, valles, flu-
mina,

mina, hostilesque aggeres maria-
que. Nihil hic intactum, nihil san-
ctum. nullas ager amicus est, adeo-
que quidquid prædæ & rapinæ ma-
teries est, hostile est. nescit parce-
re manus semel armata, voluitur
caeco impetu. omnis illi opulentia
inimica est, omnis ager hosticus.
inde iam scelera tanquam agmine
facto qua data porta ruunt. inde
facinora quæ erubescat calamus, &
sanguine pinguior campus, dulce
nimirum viris hæc ire via, inimica
iuxta amicaque calcata proterere
corpora, ut ignobilis terræ vilem
pulverem. possem hic illud Po-
ëta:

Vinci sua crimina gaudens

Manes, in tanto scelerum procur-
su, tanta promiscui sanguinis pro-
fusione. &

Iam cominus ipsa

*Pabula dira feris, camposque ode-
re volucres*

*Spirantes tabo, & cælum ventos-
que gravantes.*

S 4

Solus

Solus homo tanquam inter amicos
conuiuia & mensales epulas, inter
lata adolescentiæ primæ gaudia, in-
ambulat latus, credas rosas violas
que calcare. iuuatque etiam in ca-
dauera ferrum experiri, animam
que si qua lateat excutere. nimis il-
li mite vno cecidisse vulnere. Re-
petenda sunt, & exacuenda feritas,
ne fors mora mitescat, aut humani-
tate tacta miserari discat.

Et veniunt hæc à Christiana men-
te? aut sapiunt hæc Christum suum,
beatamque æternitatem cui adopta-
ri? nulla ibi bella, æterna pax est;
nulla odia, æternus amor est; nul-
lum ferrum, æterna quies est; nul-
la ira, æterna mansuetudo est; nul-
la indignatio, mititas æterna est.
imitemur æterna. errare non pos-
sumus. nemo fallitur qui ad illam
vitam composuit suam; nemo qui
ad illius mores formauit suos; qui
ad illius placita mentem effinxit
suam.

Incipiamus dum vita manet
emo-

emulari facta, quorum speramus
associari consortio. incipiamus se-
qui quę possessa iuuabunt, imitari
quorum fruitione gaudebimus, &
exultabimus *læticia inenarrabili.*
non infimum signum est cælo de-
putari si pacem amet, pacem fo-
ueat. hinc illud: *Beati pacifici, quo-*
niam filij Dei vocabuntur. Si filij
Dei pacis cultores, quales erunt,
& cuius filij discordiarum semina-
tores, bellorum maximeque cini-
lium incentores, cędium admini-
stri, odiorumque omnium tubę ac
tympana seuum intonantia? & ve-
rò pacę beneuolentis dexterę Do-
mini signum esse ab Isaia discimus.
Conflabunt gladios suos in vomeres,
lanceas suas in falces. non leuabit
gens contra gentę gladium, nec exer-
cebuntur ultra ad prælium.

Matt. 5.

Isa. 2.

Bella verò indignantis, sequen-
tis, ac sceleribus nostris prouocata
dexterę signum esse habemus Le-
uitici 26. *Quod si ambulaueritis ex*
aduerso mihi; ego quoque contra vos

§ 5.

aduer-

aduersus incedam, inducamque super
 vos gladium ultorem fœderis. Et
 Deuteronomij 28. Quod si audire
 nolueris vocem Domini Dei tui, et
 custodias et facias omnia mandata e-
 ius; ponet iugum ferreum super cer-
 uicem tuam, donec te conterat. addu-
 cet Dominus super te gentem de lon-
 ginguo, et de extremis terra finibus
 in similitudinem aquilæ volantis cum
 impetu: cuius linguam intelligere
 non possis. Gentem procacissimam,
 quæ non deferat Leui, nec misereatur
 paruuli, et deuoret fructum iumen-
 zorum tuorum, ac fruges terra tue:
 donec intereas, et non reliquat tibi
 eriticum, vinum, et oleum, armenta
 bouum, et greges ouium: donec re-
 sperdat et conterat in cunctis vrbi-
 bus tuis, et destruantur muri tui fir-
 mi atque sublimes, in quibus habe-
 bas fiduciam in omni terra tua: et co-
 medes fructum vt eri tui, et carnes fi-
 liorum tuorum et filiarum tuarum,
 quas dederit tibi Dominus Deus, in
 angustia et vastitate, qua opprimes

te hostis tuus. Bella ergo scelerum
pœna; & quidquid illa indiuiduo
ferè nexu comitatur in vindictâ est.

Pax contra virtutis præmium,
pietatisq; ac probitatis merces ma-
gna. hinc illud: *Habitabit lupo* Isa. 11

*cum agno, & pardus cum hœdo accu-
babit. vitulus & leo & ovis simul mo-
rabuntur, & puer paruulus minabit*

*eos. Vitulus & ursus pascentur, si-
mul requiescent caruli eorum; & leo*

*quasi hos comedet paleas. Et delecta-
bitur infans ab ubere super foramine*

*aspidis: & in cauerna reguli, qui ab-
lactatus fuerit manum suam mittet.*

Ut exprimeret pacis angustam am-
plitudinem, ingensq; bonum, ad-
uersantia mutuo coniunxit, arctissi-
moque vinculo, nulla ætate, nul-

lo robore soluendo, inuicem pug-
nantia colligauit. Eueniant hæc no-
bis, pacisq; eternum cultores, Deiq;

æternum filij nominemur & simus.
Bella in æternum nocituris ho-
stibus parentur, Carni, Mundo, Dæ-
moni, habes hos perpetuos, habes

domesticos, habes inter gaudia
 moerores, vigiliās, somnum: inter
 non-moritura odia eternitati insi-
 diantes. nullē hic induciē, eterna
 bella sunt. nulla armorum cessatio,
 perennis dimicatio est. nulla ho-
 stilitatis intermissio, perpetua col-
 luctatio est. Exurge & inuigilia a-
 nime. nulla quies ab hac manu est,
 non dies noctes immunes. & vali-
 da stat acies tot annorum milita-
 probata, tot magnorum cēdibus &
 monumentis clara, tot orbe primo-
 rum iugo, mancipio, vinculis, iu-
 gulo illustris. pauci ex hec lucta
 millibus vitam retulerunt, inul-
 neratus transiit nemo. Nulla hic
 de regnis, opibus, gloria concerta-
 tio est. De eternitate est. Semel
 peristi? eternum iaces tormento-
 rum & ignium infelix pabulum.
 erigere. tantum Christus in capite
 pro galea sit, eternitas pro clypeo.
 Incerta vitæ huius pro ferro. his ar-
 mare. quid metuis sanguini, aut ex-
 horrescis vulnera? etiam inter hec
 fiducia

fidu
 pug
 res &
 bus
 fluit
 veter
 nere
 be &
 Va
 Cu
 Be
 Im
 Da
 Imita
 fluit,
 fugit,
 mane
 addit
 testu
 instru
 feror

fiducia plenus erigere. de genu si
pugnandum est, aude. post liuo-
res & dentium sub iaculatis rupi-
bus fragores, audentior exurge.
fuit sanguis? vires ille addat: ita
veteranus vires à sanguine & vul-
nere sumit: adeoque sanguis illi tu-
bæ & tympana sunt ad noua bella,

*Vt modò connubiis taurus, saltu-
que recepto,*

*Cum posuit pugnas, alio si forte re-
mugie*

*Bellatore nemus, quonquam ore &
colla cruento*

*Imbre madent, noua bella parat,
campumque laceffens*

*Dissimulat gemitus, & vulnera
pulvere celat.*

Imitare Christi miles. illi si sanguis
fuit, bene. fugit anima? si Christo
fugit, felix. vulneribus corpus im-
mane hiat? Christo si patet, beatus.
addite minè? contemne vmbone
tectus Christi. in vuum caput tot
instruæ veteranorum acies, tot in-
ferorum legiones? ne verere,

Christi tui flatu diffugient hæc ag-
mina.

*Qualis caruleis zumido sub gurgi-
te terror*

*Piscibus, arcani quoties de uena
profundi*

*Scrutantem delphina vident; fru-
git omnis in imos*

*Turba lacus, viridesque metu sti-
patur in algas.*

Talis omnis interni potestas Chri-
sto se commouente. quod simu-
tuo se inhortantes, pergant sequere.
perget ille protegere, tartareaque
cruce fugabit legiones: illumque
à primordio venenarium serpen-
tem primordiali noxa nobilem,
feliciose paradisiaco conteret lig-
no. qui licet cunctis quod habet
vires in ora legat, ut primum ta-
men caelestes tutelares senserit ma-
nus,

*Cccidere minæ, tumefactaque fru-
stra*

*Colla sedent, irasque sui bibit ipse
veneni.*

Allicie

Alliciunt forté præmio ? memento
primordialis delicti fallaci pro-
missorio verbo provocati, inde-
que infelici traduce in omnem po-
steritatē germinati. spondent ma-
xima ? non possunt maiora illo di-
vinitatis æmulatore à primordio
mendaci, etiam iuramento inter-
posito ? fuge has Sirenum voces.
hostes sunt. voluptatem, opes, glo-
riam vltro obrudunt ? ne fide, ve-
nena latent sub hoc fano. & hosti-
lis exercitus ductores hi sunt. time
Danaos & dona ferentes. sub hoc
fatali equo proculcatio latet & rui-
na, flammæ, & quidquid excogita-
ri malorū potest. in latentia dies te
docebit, à Christo f le tuo natus. ille
insidias deteget, foetumq; malorū
vterum meliore flamma & ferro
rescindet, tantum ne ab illius pla-
citis vel latū crinem decedas. quan-
tum enim decesseris, tantum peri-
ditatus es. nec aliud hostile studiū
quàm vt te ab illius latere, à fida hac
statione deducat. Navigandū erit ?
caue

caue sine hoc nauclero elemento
 fidas. malaciam spondet? naufra-
 gia dabit. toto ridet æquore? mo-
 mento sorbebit, & inter iocum &
 lulium operient te fluctus nunquam
 reddituri. instruenda acies est? vi-
 de ne sine hoc ductore. ille si abest
 peristi. ingens enim hostilis exer-
 citus est ad omnia paratus, ceu è ve-
 teri Romanorum disciplina,

*Iam clypeo clypeus, vmbone repel-
 litur vmbone,*

*Ense minax ensis, pede pes, & in
 spide cuspis.*

Ceu Numidarum more facili no-
 xioq; iuxtà pro cursu fugaque, ceu
 telis & fundis eminus Persico ap-
 paratu, ceu valida Gallica impres-
 sione, ceu Germanico aperto Mar-
 te campoque, ceu insidiis denique
 res agenda est; omnium gnarum,
 nullique parentem, nullius mise-
 rentem hostem nactus es. nihil il-
 lo promptius, nihil ad quodcun-
 que ferrum expeditius. quoquo te
 vertis, armatâ inuenies dexteram.
 fugis? quid ignaue

Se

Sequeris rimida compendia vite?

Intuta omnis fuga est, sequitur fugientem, grauiora daturus vulnera, fugit ipse? dolus aliquis latet in hac fuga. ne desere stationem, non fide robori. numero, prudentia, astu, experientia, viribus immensum vinceris. Christo tuo adhere, ab illius latere vide ne latus dimoueas tuum. si somnum natura postulat, in illius amati sinu caput reclinat. ille te tuebitur ab insomni hoste. securus ad illius pedes lassata sopori membra dabis. si dies te vocat, accingere, vt virum, vt militem decet; non tanquam e molli culcitra, sed vt e tentorio, e nuda humo, aut dura rupe, membra prorumpere. nunquam exarmata procede dextera, fulgeat ferrum, pharetra dependeat, luceant arma. ac nec somnus obrepat in armato. arma vero a Virtutis armamentario pete. ab illius incudibus ferrum fluit quod nullius hebetetur armis: lorica venit nullo penetrabilis telo.

Accin-

Accingere his armis animo. totus per medios hostiles ibis cuneos. tutus castra penetrabis inimica nulli parce. non cadit vno vulnere hostis tuus. Cadmæa soboles est, enascuntur ab vna ceruice plures, at tu fide his armis, nec effero terrearis conspectu. armis, non oculis victoria paranda. ne barbaros efferarum mentium verere vlulatus. ferro, non clamoribus victoria stabit. nec multitudinem formides, quamdiu accinctus hoc ferro es, quamdiu armata dextera hostilis Arma proiecit hostis & inermes protendit dexteras, onerantur que palma, lilio, rosa, viola pro ferro? ne crede. maiora bella parat, & magnum aliquod meditat malum. ignis hac palma regitur, lilia felle madent, & toxico tinta rosa viola que est. vno verbo. ne tange, quidquid ab hostili manu venit. durum sit aut molle, amarum aut deliciis affluens. cedes & flammæ de proximo minatur, venena
& di

& di
latur
time
est, q
tibi &
M
poter
cloria
nec ar
finu g
sueris
ternit
in pra
tribul
sublim
operat
que in
lum te
sunt, c
tibus,
nis que
perag
tutus,
Et acub
quid
fuit e

& direptiones de propinquo iaculatur, neque unquam magis aut ille timendus, aut armanda dextera est, quam cum pacē mentitur. bella tibi & eterna ab illo sunt.

Macte virtute Christi tui, quanto potentior hostis, tanto nobilior victoria, clariorque triumphus erit: nec arma pone donec in Christi tui sinu generosior miles felicem posueris animam, caelo in omnem aeternitatem donandam: cum *Quod 1. Cor. 13.* in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operabitur in nobis. tunc (omnibus quae in hoc seculo, quaeque inter caelum terramque plena formidinis sunt, omniisque quod ventorum flatibus, nimborum, nivis, grandinisque iactu tumultuoso teritur peragrato) inter summa constitutus, pulcherrimo diuinorum spectaculo fruatur, & per quidquid in omnem aeternitatem fuit eritque, beatus decenter tunc

tunc etiam pericula quibus olim
obnoxius propius cognoscens, ho-
stiumque suorum numerum, ro-
bora, improbitatem, nullo suo
pacanda odia, nullisque ignibus
tormentisque saturandam sangui-
num animarumque in interitum
sitim, prorumpet in Dei laudes co-
maiores, quo vnus illius dextera
maioribus se ereptum videbit, se-
curus iam de victoria, deque indub-
itata bonorum omnium felici pos-
sessione nullo suo finienda, nullo
minuenda.

CAPVT IX.

MENSÆ, VOLVPTAS. *Ve-
recundiam hic indues, cum videris
te vinci à bestiis, quæ famem sitim
que restinxisse contentæ cibum ne-
cessitate, non cupiditate meriun-
tur. nos maria & terrarum vlti-
ma palmari stomacho scrutamur.
& iam orbis luxui fastidioque mi-
nor est. voluptatem deinde a ter-*